

oceanum et del sur et alijs partibus sub ditione dilecti in
Christo filij vni philippi hispaniarum Regis Catholici ad
modum pauce reperiuntur sanctorum Reliquie licet tamen
predictorum sanctorum orationes et intercessiones quas a-
pud deum pronobis exhibent in celis dum sacras eorum
Reliquias deuote a nobis venerantur in terris in eisdem
remotis partibus tan religiosis in illis partibus ministris
Euangelij quam illarum partium populis ad fidem Ca-
tholicam nouiter conuersi per utiles et ad modum neces-
sarie sint ita vt plurimum expediat venerandas huiusmo-
di sanctorum Reliquias ibi in dictis partibus haberi et
adictis populis Deiq; et sacri Euangelij ministris deuote
Et pie venerari vt his et similibus adiutoris noua illa
Ecclesia fecundetur et propagetur ac deuotio ad deum et
ad sanctos suos sedemque apostolicam magis atque magis
Crescat quare sanctitati v're supplicat humiliter quate-
nus vt ipsi oratori quas cumque sanctorum Reliquias
ab archiepiscopis, abbatibus prioribus, capitulis, conuen-
tibus, sacristis, Rectoribus, et alijs quibus cumque per-
sonis quarum cumque basilicarum etiam sancte
Marie maioris ac sancti iohannis lateranensis Ecclesi-
arum monasteriorum et locorum alme vrbis et extra-
eius muros ac alias vbelibet Existentium dandas et
datas ex eisdem extrahendas et ad datas partes indi-
arum et insularum maris oceanum transferre seu trans-
ferri facere et in quibusuis Ecclesijs capellis et oratorijs
tam regularium quam secularium et alijs sacris locis
dictarum et aliarum quarum cumque partium ipsi
oratori bene visis eas collocare ac persone seu personis
decentibus tamen et honestis sibi bene visis absque
conscientie scrupulo ac censurarum et penarum in cur-
sa similiter donare et offerre etiam distribuere libere
et licete possit et valeat dictisque archiepiscopis, ab-
batibus prioribus, Capitulis, conuentibus, sacristis,
Rectoribus, et alijs personis prefatis illas libere et
licite tradendi absque conscientie scrupulo et censura-
rum et penarum incursum vt prefertur concedere et in-
dulgere ac plenam licentiam et liberam facultate im-
partiri dignemini de gra, speciali non obstantibus
constitutionibus, et ordinationibus apostolicis ceteris
que contrarijs quibus cumque cum alijs. opportu-
nis et consuetis, fiat vt petitur. V. et cum absolu-
tione ac censuris ad effectum presentium et de conces-
sione indulto impartitione decreto et alijs premillis

